

## Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||  
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque  
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

**Duns Scotus, Johannes**

**Venetiis, 1580**

DISTIN. XXVIII.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218**

**A**struit naturam charitatis, quicūque enim habitus ex se tendit in vnum ponere ipsum tendere in plura est ponere ipsum non esse ipsum, sicut si aliquis habitus proprius simpliciter primi principij poneretur esse alterius primi principij, esse ponere hunc habitum esse huius obiecti vt proprii & non proprii, ita dico in proposito, quod plures esse deos includit vtrumque esse diligendum ex charitate & neutrum.

¶ Ad aliud dico, quod nō est simile de magis & minus in aliquo ordine, & de supremo in illo ordine quo ad omne extrinsecum operans circa illa illius ordinis, potest enim operatio aliquis necessario requirente supremum, vt sit perfectissima, & tamen non necessario habet

**B**ordinem ad alia ordinata in illo ordine. Exemplum in coloribus non potest esse perfectissima visio nisi perfectissimi coloris, & tamen non oportet necessario, quod sit perfectior visio circa colorem propinquorem illi, & ratio est, quia ratio quietationis ex parte perfectissimi coloris est ratio totalis eius quā in alio est diminute, & ideo licet in proposito vnum aliquale ter excellat alterum, in nullo tamen est ratio quietandi, licet potentia naturaliter sit libera, licet ergo solum infinitum bonum quietet voluntatē, & hoc inquantum infinitum bonum, non tamen oportet quodlibet bonum finitum secundum gradum suum in bonitate magis & minus quietare, quia isti gradus sunt accidentales per comparisonem ad extrinsecum quietandum.

**HIC POTEST QUÆRI  
VTRVM ILLO MAN-  
DATO &c.**

**DISTIN. XXVIII.**

**QVÆSTIO VNICA.**

*Vtrum eodem habitu sit diligendus  
proximus, quo diligitur Deus.*



**I**n ista. 28. dist. in qua magister agit de diligendis ex charitate, dicitur vnum. ¶ Vtrum scilicet eodem habitu sit diligendus proximus quo diligitur Deus. Quod non, quia vnus habitus est vnum obiectum for male, in Deo autem & proximo est alia & alia ratio formalis bonitatis.

¶ Præterea, ille habitus quo diligitur Deus est habitus theologicus, igitur respicit solum Deum pro obiecto, non autem aliquid creatum. ¶ Respondet, quod hoc verum est, principaliter tamen respicit aliud, prout attribuitur ipsi Deo. ¶ Contra. si attributio sufficeret, igitur osium posset esse vnus habitus intellectualis, & et appetitiuus, quia omnia attribuitur ad vnum, si militer omnes virtutes morales attribuitur ad vnum. scilicet felicitatem, tanquam ad per se appetibile. ¶ Præterea. ad principale aliud est habitus principij, & conclusionis, igitur similiter in appetitiuis aliud est habitus finis, & eius quod est ad finem. charitas est finis. ergo &c.

¶ Contra. 1. can. 10. 4. ca. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

**HIC**



**A** HIC SVNT TRIA videnda. ¶ Primo, qualiter ille habitus, quo diligitur Deus, respiciat proximum. ¶ Secundo, de habitu habendo circa proximum. ¶ Tertio, quis sit ille proximus.

DE PRIMO dico, quòd charitas (sicut tactum est dist. 37. primi.) dicitur habitus quo Deus habetur charus, posset autem haberi charus aliquo amore priuato, quo amans nollit habere condiligentem, sicut in ze loti pis habetibus mulieres charas, sed ille habitus nec esset ordinatus, nec perfectus. Non quidem ordinatus, quia Deus qui est bonum commune, non vult esse bonum priuatum alicuius. Nec sibi rectam rationem daret aliquis sibi appropriare istud bonum còe, & ideo amor ille in-

**B**clinans ad hoc bonum, vt bonum proprium, non diligendum, nec habendum ab alio, esset inordinatus, esset etiam imperfectus, quia perfecte diligens vult dilectum diligere, sicut patet per Ricardum. igitur Deus infundens habitum, quo anima ordinate, & perfecte tendat in ipsum, dat habitum quo habeatur charus, vt bonum còe & condiligendum, ab alijs, & ita habitus ille qui est Dei, inclinat et ad velle ipsum huius charum, & diligere ab alio. scilicet cuius amicitia sit ei grata, vel non displicens pro tunc, pro quod est grata. sicut igitur ille habitus inclinat ad diligendum Deum in se ordinate, & perfecte, ita inclinat ad velle eum diligere a se, & a quocunque alio, cuius amicitia sit grata ei. ¶ Ex hoc patet qualiter habitus charitatis sit vnus, quia non respicit primum obiecta, sed solum Deum

respicit pro primo obiecto vt in se bonum primum, & secundario velle eum diligere & per dilectionem haberi a quocunque quantum est in se, quia in hoc est perfecta, & ordinata dilectio eius, & hoc volendo diligo me & proximum ex charitate volendo mihi & sibi velle & per dilectionem habere Deum in se, quod est bonum simpliciter iustitia, ita quod primum obiectum est solus Deus in se, omnia autem alia sunt quidam obiecta media, quasi actuum reflexorum mediantibus quibus tendo in infinitum bonum quod est Deus, idem autem est habitus recti, & reflexi. ¶ Contra hoc obijciatur, quia non eodem habitu intelligo Deum, & alium intelligere Deum, igitur a simili non eodem volo Deo bene esse, & alium velle Deo bene esse.

**D** ¶ Respondeo. actus super quem fit reflexio potest significare nominaliter, & tunc significat actum suum secundum quiditatem, vel verbaliter, & tunc significat actum suum, vt in superposito, vel vt concernentem superpositum. ¶ Primo modo, vniuersaliter eodem habitu potest dici actus, & fieri reflexio super illum non solum in intellectu, sed etiam in appetitu, quo enim intelligo aliquid, intelligo intellectionem illius, siue inherenter mihi, siue alteri. ¶ Secundo modo, ex primitur per infinitum, & tunc si comparatur ad velle non necessario accipitur sub ratione presentis, possum enim velle te currere, licet non pro nunc, sed pro Speculare alias. Si autem cõparet ad scire. quia diligenter scire non est nisi respectu veponderandi, nec scire respectu agere, nisi do. sit



**A** sit agere respectu illius supposito, scire non reflectit super actum sic significatum, nisi actus insit supposito, cui significatur inesse, & quia possibile est in me esse scientiam actus recti, & reflecti in se absque hoc, quod actus ille inexistat alij a me, ideo non habeo actum reflexum illius suppositi super actum istum, ut significatur verbaliter, & dictum de aliquo supposito. patet igitur quod licet non eodem sciam Deum & sciam te scire Deum, tamen eodem volo Deum, & volo te vellem Deum, & in hoc diligo te ex charitate, quia secundum hoc volo tibi bonum iustitiae, & secundum hoc non assignat proximum, quasi secundum obiectum charitatis, sed quasi omnino accidentale obiectum, quia ut aliquid potens condiligere mecum perfecte & ordinate dilectum, & ad hoc eum diligo, ut condiligat, & in hoc quasi accidentaliter eum diligo, non propter eum, sed propter obiectum. quod volo ab eo condiligere. & volo hoc ab eo diligi. volo sibi simpliciter bonum, quia bonum iustitiae.

**D**E SECUNDO dico quod sicut negatio conclusionis non necessario sequentis ex principio necessario, non arguit negationem principij, sed potest stare cum assertionem principij, quia non omnis error circa conclusionem destruit assertionem principij. Ita et non necessario sequitur ex dilectione infiniti boni dilectio boni finiti, nec in actibus dilectionis sequitur ex natura rei destructio dilectionis Dei ex destructione dilectionis proximi, & hoc siue intelligatur destructio dilectionis, contrarie, vel contradictorie, & multo ma-

gis ex natura habitus non esset contradictio, quod est respectu alij Dei, & non respectu proximi. est igitur iste habitus circa aliud, quatenus preceptum est datum de diligendo illud aliud, & ad illum actum oportet ut illo habitu, aut saltem non contra agere illi habitui. alioquin destrueretur actus, & habitus circa Deum, non quidem ex natura contradictionis, sed per naturam demeriti, transgressio enim precepti non corrumpit positivum habitum, nec actum diligendi Deum, sed demeretur, ut Deus se subtrahat, & sic nec habitus, nec actus posset inesse, quia quantum talis, quod ex natura sua natus est est inclinare ad amandum, non privativus, & ideo actus amandi privativus, qui. id destruit amare proximum, nullo modo potest esse talis habitus. Et in hoc d'apparet magna perfectio huius habitus, quia & si zelus acquisitus possit esse maior, quam minima charitas infusa, quantum ad intentionem actus eliciendi hinc inde, tamen ille habitus infusus, quia ordinatus, & perfectus in genere habituum appetitivorum non potest esse Dei, nisi ut boni consens, & condiligendi, ideo non potest esse principium alius actus, quo diligit Deus cum contrarietate dilectionis proximi. Patet igitur de actu, qualiter est necessarius ex natura habitus, si aliquis debeat elici de illo habitu, hoc tamen intelligendo, quod non potest elici ut privativus, nec ut contrarius actui circa proximum. ex natura precepti supradicti habitus potest elicere actum circa proximum positivum, vel saltem non contrarie, nec. id demereat quis corruptionem

a. l. reflectit  
actum.

B

Alia

etiam

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus

qui

est

habitus



Aruptionem habitus, qui est circa Deum.

¶ QVANTVM ad tertium dico, q̄ proximus est quilibet, cuius amicitia est grata dilectio, scilicet ab eo diligitur. non enim debeo summe dilectum a me velle diligi ab aliquo, cuius dilectio non est sibi grata, & a quo non vult diligi. quia igitur certum est beatorum dilectionem esse Deo gratam, absolute debeo velle ipsum ab eis diligi, & quia de quocunque viatore signato est dubium, debeo hoc sibi velle ex conditione, scilicet si placet ei ab eo diligi, vel q̄n placet ei ab eo diligi, circa viatores autem in communi, quia semper supponendum est esse aliquos sibi gratos, potest haberi absolute actus volendi Deum ab eis diligi.

¶ AD PRIMVM argumen- tum patet, quomodo hic est vnū obiectum tantum. ¶ Et cū probatur q̄ sit alia ratio bonitatis in Deo, & in proximo, dico q̄ ratio bonitatis proximi non est ratio terminandi actum, sed tantum ratio bonitatis diuine, quia si in bonitatem proximi tēdat, hoc non est nisi actus reflexo, qui semper vterius tendit in obiectum actus recti, sicut prius dictum est. ¶ Ad secundum patet per idem, quia hæc virtus habet pro obiecto quietatiuo tantum Deum, tamen pro obiecto proximo in actu reflexo pōt habere aliquid creatum, & ita forte visio in patria poterit habere pro obiecto aliquid creatum, non tamen sistendo ibi, sed vterius tendendo in Deum. ¶ Ad tertium dico, q̄ per habitum principij tenditur in principium secundum propriam veritatem, quā

habet exterminis, & per habitū conclusionis tenditur in conclusionem, secundum propriam veritatem eius, quam hēt ex terminis aliā veritate principij. non sic in pposito, sed tū est vna bonitas, quā est ratio tendendi. nō enim mouet me plus bonitas proximi, quā festuca, si festuca posset Deum diligere. si enim perfecte diligo eum, volo eum diligi ab omni potente diligere eum ordinate, cuius dilectio ei placet, nec est generaliter simile in obiectis intellectus, & ostensis, & in obiectis voluntatis \* al-  
a. l. affectiui.

POST PRÆDICTA &c.

DISTIN. XXIX.

QVÆSTIO VNICA. D

Utrum quilibet teneatur maxime diligere se post Deum.



IRCA istam vigesimam nonam distine. in qua magister agit de ordine diligendi ex charitate, queritur vnum. Vtrū quilibet teneatur maxime diligere se post Deum. Quod nō. 9. Eth. Quæst. 1. vituperatur amator sui. & multa ibi de hoc.

¶ Præterea. Grego. in Homil. super illud. Luc. Misit illos binos. Nemo ad seipsum proprie charitatem habere dicitur, sed dilectio in alterum tendit, vt charitas dici possit. ¶ Contra, mensura est perfectior mensura to, sed dilectio sui est mensura dilectionis proximi. Iuxta illud Mat. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

EX